

Imperatorii Turcarum.

107

Serenissimo etc. Pro certo et claro id apud nos
 Stabilis amicitiae à Serenitate Vestra testimonio
 accepimus, quod nos de toto felici expeditionis
 suae contra Persas progressu, nec non ejusdem
 fortunato exitu, captaque Babylonis urbe red.
 diderit certiores jam eequidem id ad nos va-
 rios ex partibus fama detulerat non sine
 magno Nostro gaudio sed eum certissimum
 Nuntium ab ipsa Serenitate Vestra accepis-
 semus, Denum Letitiam nostram perfe-
 ctam et cumulata[m] senimus. Nimirum
 ita judicamus ob amicitiae pactis, fede-
 ribus per Nos ac Majores nostros firmatum
 nihil Alterutri Nostri accidere posse for-
 tunatam, quod non libentes et letabundi in-
 telligamus, nihil adveniri, quod non mo-
 leste feramus. Utatur Igitur Serenitas
 Vestra constanti erga rebelles et inimicos
 suos Felicitate, quam quidem et presenti-
 bus literis nostris gratulamur, et perpe-
 culiarem Legatum nostrum, quem ad Sereni-
 tatem Vestram brevi missuri sumus, huc
 lentius id prosequemur. Porro cupimus Se-
 renitati Vestre esse perueniam, eam quae se-
 mel inter Nos tum et Divos Antecessores
 Nostros cohaerit amicitiam diligenter et exa-
 ctè culturos, quod itidem Serenitatem Ve-
 stram ex parte sua pari Studio et Diligen-
 tia facturam confidimus, omniague aere
 suam

1020

uram, quo tam Sanctum fœdus possint con-
vellere. Quod autem reliquum est, cupimus
Serenitatem Vestram optimè et feliciter
valere, hostesque suos debellare. Datum
Varsaviæ Die quinta Mensis Augusti, An-
no à Nativitate Dei et Salvatoris Nostri
Jesu Christi Millesimo Sexcentesimo Trigesi-
mo Nono, Regnorum Nostrorum Poloniæ Se-
ptimo, Succiæ vero Octavo Anno.

Ex Commissione Sacrae
Regiæ Majestatis propriae